

Officium Pro Defunctis	Office for the Dead
<p>Dicitur integrum cum Invitatorio et tribus Nocturnis, et Antiphonae duplicantur, tam ad Vesperas, quam ad Matutinum, in die omnium Fidelium defunctorum, in die Depositionis, et in Anniversario alicuius defuncti, cum una tantum Oratione, ut infra, et ad Vesperas omittitur Psalmus, Lauda anima mea, et ad Laudes, De profundis, reliquo anni tempore dicitur officium, ut est notatum.</p>	<p>It is to be said wholly, with the Invitatory and three Nocturnes, and the Antiphons doubled, as well at Vespers, as at Matins, on the day of all faithful departed, and the day of the departure, and the years day of anyone deceased, with one only prayer, as followeth, and at Vespers the Psalm, My soul praise, is to be omitted, and at Lauds the Psalm, From the depths, at other times of the year the office is said, as it is noted.</p>
<p><u>Ad Vesperas</u></p>	<p><u>At Vespers</u></p>
<p>Absolute incipitur:</p>	<p>Is absolutely begun:</p>
<p>Ant: Placebo Domino.</p>	<p>Ant: I will please.</p>
<p>Psalmus 114</p>	<p>Psalm 114</p>
<p>Dilexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meae.</p>	<p>I have loved, because our Lord: will hear the voice of my prayer.</p>
<p>Quia inclinavit aurem suam mihi: et in diebus meis invocabo.</p>	<p>Because he hath inclined his ear to me: and in my days I will call upon him.</p>
<p>Circumdederunt me dolores mortis: pericula inferni invenerunt me.</p>	<p>The sorrows of death have compassed me: and the pains of hell have found me.</p>
<p>Tribulationem, et dolorem inveni: et nomen Domini invocavi.</p>	<p>I have found tribulation, and sorrow: and I called on the name of our Lord.</p>
<p>O Domine, libera animam meam, misericors Dominus, et iustus: et Deus noster miseretur.</p>	<p>O Lord, deliver my soul, merciful Lord, and just: and our God hath mercy.</p>
<p>Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum, et liberavit me.</p>	<p>Our Lord keepeth little ones: I was humbled, and he hath delivered me.</p>
<p>Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.</p>	<p>Turn O my soul into thy rest: because our Lord hath done good to thee.</p>
<p>Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.</p>	<p>Because he hath delivered my soul from death: my eyes from tears, my feet from sliding.</p>

Placebo Domino: in regione vivorum.

I will please our Lord in the country of the living.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Placebo Domino in regione vivorum.

Ant: I will please our Lord in the country of the living.

Ant: Heu mihi.

Ant: Woe is me.

Psalmus 119

Psalm 119

Ad Dominum cum tribularer, clamavi: et exaudivit me.

When I was in tribulation I cried to our Lord: and he heard me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.

O Lord Deliver my soul from unjust lips: and from a deceitful tongue.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

What may be given to thee, or what may be added unto thee: to a deceitful tongue?

Sagittae potentis acutae: cum carbonibus desolatoriis.

The sharp arrows of the mighty: with coals of desolation.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

Woe is unto me, that my sojourning is prolonged, I have dwelt with the inhabitants of Cedar: my soul hath been much a sojourner.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, inpugnabant me gratis.

With them, that hated peace, I was peaceable: when I spake to them, they impugned me without cause.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Heu mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Ant: Woe is me O Lord, that my abode is prolonged.

Ant: Dominus.

Ant: Our Lord.

Psalmus 120

Psalm 120

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

I have lifted up mine eyes unto the mountains: from whence help shall come to me.

Auxilium meum a Domino: qui fecit caelum et terram.

My help is from our Lord: which made heaven and earth.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet, qui custodit te.

Let him not give thy foot to be moved: neither let him slumber that keepeth thee.

Ecce non dormitabit: neque dormiet, qui custodit Israel.

Lo he shall not slumber: nor sleep, that keepeth Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Our Lord keepeth thee, our Lord is thy protection: upon thy right hand.

Per diem sol non uret te: neque luna per noctem.

By day the sun shall not burn thee: nor the moon by night.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Our Lord doth keep thee from all evil: let our Lord keep thy soul.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum: ex hoc nunc, et usque in saeculum.

Let our Lord keep thy coming in, and thy going out: from henceforth, now and forever.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

Ant: Our Lord doth keep thee from all evil, our Lord can keep thy soul.

Ant: Si iniquitates.

Ant: If thou O Lord.

Psalmus 129

Psalm 129

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

From the depths I have cried to thee O Lord: Lord hear my voice.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Let thine ears be attentive: unto the voice of my petition.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

If thou wilt observe iniquities O Lord: Lord who shall endure it?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Because with thee there is pitifulness: and for thy law I have expected thee O Lord.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

My soul hath stayed in his word: my soul hath hoped in our Lord.

A custodia matutina usque ad noctem: speret

From the morning watch even until night: let

Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa
apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus
eius.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Si iniquitates observaveris Domine,
Domine quis sustinebit?

Ant: Opera.

Psalmus 137

Confitebor tibi Domine in toto corde meo:
quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo
ad templum sanctum tuum, et confitebor
nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: quoniam
magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me:
multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terrae:
quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini: quoniam magna est
gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit:
et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis
me: et super iram inimicorum meorum
extendisti manum tuam, et salvum me fecit
dextera tua.

Israel hope in our Lord.

Because with our Lord there is mercy: and with
him plentiful redemption.

And he shall redeem Israel: from all his
iniquities.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: If thou O Lord observe iniquities, O Lord
who shall be able to endure it?

Ant: The works.

Psalm 137

I will confess to thee O Lord in my whole
heart: because thou hast heard the words of my
mouth.

In the sight of Angels I will sing to thee: I will
adore toward thy holy temple, and will confess
to thy name.

Upon thy mercy and thy truth: because thou
hast magnified thy holy name above all things.

In what day soever I shall call on thee, hear me:
thou shalt multiply strength in my soul.

Let all the Kings of the earth O Lord confess to
thee: because they have heard all the words of
thy mouth.

And let them sing in the ways of our Lord:
because great is the glory of our Lord.

Because our Lord is high, and he beholdeth low
things: and high things he knoweth far off.

If I shall walk in the midst of tribulation, thou
wilt quicken me: and upon the wrath of mine
enemies thou hast extended thy hand, and thy
right hand hath saved me.

Dominus retribuet pro me, Domine
misericordia tua in saeculum: opera manuum
tuarum ne despicias.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Opera manuum tuarum Domine ne
despicias.

V: Audivi vocem de caelo dicentem mihi.

R: Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ant: Omne.

**Canticum Beatae Mariae Virginis
Luc. 1**

Magnificat: anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus: in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: et
sanctum nomen eius.

Et misericordia eius, a progenie et progenies:
timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit
superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: et divites dimisit
inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus
misericordiae suae.

Our Lord will repay for me, O Lord thy mercy
is forever: despise not the works of thy hands.

Eternal rest give unto them O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: The works of thy hands despise not O
Lord.

V: I heard a voice from heaven saying unto me.

R: Blessed are the dead which die in our Lord.

Ant: All.

**The Song of the Blessed Virgin Mary
Luke 1**

My soul: doth magnify our Lord.

And my spirit hath rejoiced: in God my saviour.

Because he hath regarded the humility of his
handmaid: for behold from henceforth all
generations shall call me blessed.

Because he that is mighty, hath done great
things to me: and holy is his name.

And his mercy from generation unto
generations: to them that fear him.

He hath shewed might in his arm: he hath
dispersed the proud in the conceit of their
heart.

He hath deposed the mighty from their seat:
and hath exalted the humble.

The hungry he hath filled with good things: and
the rich he hath sent away empty.

He hath received Israel his child: being mindful
of his mercy.

Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, et semini eius in saecula.

As he spake to our fathers: to Abraham, and his seed forever.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, et eum qui venit ad me, non eiiciam foras.

Ant: All, that my Father giveth me, shall come unto me, and he that cometh unto me, I will not cast forth.

Preces infrascriptae in ferialibus diebus dicuntur flexis genibus:

The prayers hereafter set down are to be said on the working days kneeling:

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name. Thy kingdom come, thy will be done, on earth, as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us.

V: Et ne nos inducas in tentationem.

V: And lead us not into temptation.

R: Sed libera nos a malo.

R: But deliver us from evil.

Psalmus 145

Psalm 145

Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu fuero.

My soul praise thou our Lord, I will praise our Lord in my life: I will sing to my God as long as I shall be.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non est salus.

Put not confidence in Princes: in the children of men, in whom there is no salvation.

Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

His spirit shall go forth, and shall return into his earth: in that day all their cogitations shall perish.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt.

Blessed is he whose God of Jacob is his helper his hope in our Lord his God: which made heaven and earth, the sea, and all things that are in them.

Qui custodit veritatem in saeculum, facit iudicium iniuriarum patientibus: dat escam esurientibus.

Which keepeth truth forever, doth judgement for them that suffer wrong, giveth food to the hungry.

Dominus solvit conpeditos: Dominus illuminat caecos.

Our Lord looseth the fettered: our Lord lighteneth the blind.

Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.

Our Lord lifteth up the bruised: our Lord loveth the just.

Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet.

Our Lord keepeth strangers, the fatherless and widow he will receive: and the ways of sinners he shall destroy.

Regnabit Dominus in saecula, Deus tuus Sion: in generatione et generationem.

Our Lord shall reign forever, thy God O Sion: in generation and generation.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

V: A porta inferi.

V: From the gate of hell.

R: Erue Domine animas eorum.

R: Deliver their souls O Lord.

V: Requiescant in pace.

V: Let them rest in peace.

R: Amen.

R: Amen.

V: Domine exaudi orationem meam.

V: O Lord hear my prayer.

R: Et clamor meus ad te veniat.

R: And let my cry come unto thee.

Oratio

Prayer

Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

O God, which among the Apostolic priests hast made thy servants to have power by pontifical or priestly dignity: Grant we beseech thee: that they may also be joined unto their perpetual society.

Deus veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam: ut nostrae congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

O God the giver of pardon, and the lover of human salvation, we beseech thy clemency: that thou grant the brethren of our congregation, kinsfolk, and benefactors, which are departed out of this world, blessed Mary ever virgin making intercession with all the saints, to come to the fellowship of eternal blessedness.

Fidelium Deus omnium conditor, et redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis

O God the creator, and redeemer of all the faithful, give unto the souls of thy servants men, and women remission of all their sins: that through Godly supplications they may

supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R: Amen.

V: Requiem aeternam dona eis Domine.

R: Et lux perpetua luceat eis.

V: Requiescant in pace.

R: Amen.

obtain the pardon which they have always wished for. Who livest and reignest world without end.

R: Amen.

V: Eternal rest give unto them O Lord.

R: And let perpetual light shine unto them.

V: Let them rest in peace.

R: Amen.

Ad Matutinum

Dicitur sequens Invitatorium in die Commemorationis omnium defunctorum, et quoties dicuntur tres Nocturni, ut supra, aliis vero temporibus omittitur, et inchoatur ab Antiphona Psalmorum Nocturni, et dicitur tantum unum Nocturnum cum suis Laudibus, hoc ordine: Secunda et quinta feria, primum Nocturnum. Tertia et sexta, secundum Nocturnum. Quarta feria et Sabbatho, tertium Nocturnum.

Invitatorium:

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Et repetitur:

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Psalmus 94

Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: praecupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei.

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos: quoniam non repellit Dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terrae: et altitudines montium ipse conspicit.

Venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud: et aridam fundaverunt manus eius: venite adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus eius, et oves pascuae eius.

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

At Matins

The Invitatory following is said on the day of the memory of all the dead, and as often as the three Nocturnes are said as before, at other times it is omitted, and is begun at the Antiphon of the Psalms of the Nocturne, and one only Nocturne with the Lauds, is said in this order: On Monday and Thursday, the first Nocturne: Tuesday and Friday, the second Nocturne: Wednesday and Saturday, the third Nocturne.

Invitatory:

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

And it is repeated:

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Psalm 94

Come let us rejoice unto our Lord, let us make joy to God our saviour: let us approach to his presence in confession, and in Psalms let us make joy unto him.

The king, unto whom all things do live, come let us adore.

For God is a great Lord, and a great King above all Gods: because our Lord repelleth not his people: for that in his hand are all the bounds of the earth, and he beholdeth the heights of the mountains.

Come let us adore.

For the sea is his, and he made it: and his hands founded the dry land: come let us adore, and fall down before God: let us weep before our Lord, that made us: because he is the Lord our God: we are his people, and the sheep of his pasture.

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt, et viderunt opera mea.

Venite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic: et dixi, semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt, Venite Adoremus.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Venite adoremus.

Regem, cui omnia vivunt, Venite adoremus.

Today if ye shall hear his voice, harden not your hearts, as in the provocation according to the day of temptation in the wilderness: where your fathers tempted me: proved, and saw my works.

Come let us adore.

Forty years was I nigh unto this generation: and said, they always err in heart: and they have not known my ways, to whom I swear in my wrath, if they shall enter into my rest.

The King, unto whom all things do live, come let us adore.

Eternal rest give unto them O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Come let us adore.

The King, unto whom all things do live, Come let us adore.

Ad Laudes

Ant: Exultabunt Domino.

Psalmus 50

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium, et laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

At Lauds

Ant: To our Lord.

Psalm 50

Have mercy on me O God: according to thy great mercy.

And according to the multitude of thy tender mercies: blot out my iniquity.

Wash me more from my iniquity: and cleanse me from my sin.

Because I do know my iniquity: and my sin is always against me.

To thee only have I sinned, and have done evil before thee: that thou mayest be justified in thy words, and mayest overcome when thou art judged.

For behold I was conceived in iniquities: and my mother conceived me in sins.

For behold thou hast loved truth: the uncertain and hidden things of thy wisdom thou hast made manifest to me.

Thou shalt sprinkle me with hyssop, and I shall be cleansed: thou shalt wash me, and I shall be made whiter than snow.

To my hearing thou shalt give joy, and gladness: and humbled bones shall rejoice.

Turn away thy face from my sins: and blot out all my iniquities.

Create a clean heart in me O God: and renew a right spirit in my bowels.

Cast me not away from thy face: and thy holy spirit take not from me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Render unto me the joy of thy salvation: and confirm me with a principal spirit.

Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.

I will teach the unjust thy ways: and the impious shall be converted unto thee.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Deliver me from bloods O God, the God of my salvation: and my tongue shall extol thy justice.

Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.

Thou O Lord wilt open my lips: and my mouth shall declare thy praise.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Because if thou wouldst have had sacrifice, I had verily given it: with whole burnt offerings thou wilt not be delighted.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum Deus non despicias.

A sacrifice to God is a troubled spirit: a contrite, and humble heart O God, thou wilt not despise.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: et aedificentur muri Hierusalem.

Deal favourably O Lord, in thy good will with Sion: and let the walls of Jerusalem be built up.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, et holocausta: tunc inponent super altare tuum vitulos.

Then shalt thou accept sacrifice of justice, oblations, and whole burnt offerings: then shall they lay calves upon thy altar.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Exultabunt Domino ossa humiliata.

Ant: To our Lord shall rejoice the humbled bones.

Ant: Exaudi Domine.

Psalmus 64

Psalm 64

Te decet hymnus Deus in Sion: et tibi reddetur votum in Hierusalem.

An hymn O God becometh thee in Sion: and a vow shall be rendered to thee in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Hear my prayer: all flesh shall come to thee.

Verba iniquorum praevaluerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis.

The words of the wicked have prevailed upon us: and thou wilt be merciful to our impieties.

Beatus quem elegisti, et assumpsisti:
inhabitabit in atriis tuis.

Blessed is he whom thou hast chosen and
taken: he shall dwell in thy courts.

Replebimur in bonis domus tuae: sanctum est
templum tuum, mirabile in aequitate.

We shall be replenished in the good things of
thy house: holy is thy temple, marvelous in
equity.

Exaudi nos Deus salutaris noster: spes
omnium finium terrae, et in mari longe.

Hear us O God our saviour: the hope of all the
ends of the earth, and far in the sea.

Praeparans montes in virtute tua accinctus
potentia: qui conturbas profundum maris,
sonum fluctuum eius.

Preparing mountains in thy strength girded
with might: which troublest the depth of the
sea, the sound of the waves thereof.

Turbabuntur, gentes et timebunt qui
inhabitant terminos a signis tuis: exitus
matutini et vesperae delectabis.

The Gentiles shall be troubled, and they that
inhabit the borders shall be afraid of thy
signs: the outgoings of the morning and
evening thou shalt delight.

Visitasti terram, et inebriasti eam:
multiplicasti locupletare eam.

Thou hast visited the earth, and made it
drunken: thou hast multiplied to enrich it.

Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum
illorum, quoniam ita est praeparatio eius.

The river of God is replenished with waters:
thou hast prepared their meat, because so is
the preparation thereof.

Rivos eius inebrians multiplica genimina eius:
in stillicidiis eius laetabitur germinans.

Drunken making her rivers, multiply her
fruits; springing in her channels she shall
rejoice.

Benedices coronae anni benignitatis tuae, et
campi tui replebuntur ubertate.

Thou wilt bless the crown of the year of thy
bounty: and thy fields shall be replenished
with plenty.

Pinguescent speciosa deserti: et exultatione
colles accingentur.

The beautiful places of the wilderness shall be
fat: and the little hills shall be girded about
with joyfulness.

Induti sunt arietes ovium, et valles
abundabunt frumento: clamabunt, etenim
hymnum dicent.

The rams of the sheep are clothed, and the
vales shall abound with corn: they will cry,
yea they will say an Hymn.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Ant: Me suscepit.

Psalmus 62

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, in via, et in aquosa, sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, et pinguidine repletur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in inferiora terrae: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero laetabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Ant: Hear O Lord my prayer all flesh shall come unto thee.

Ant: The right hand.

Psalm 62

O God my God: to thee I watch from the morning light.

My soul hath thirsted to thee: my flesh to thee very many ways.

In desert land, and inaccessible, and without water, so in the holy have I appeared to thee: that I might see thy strength, and thy glory.

Because thy mercy is better than lives: my lips shall praise thee.

So will I bless thee in my life: and in thy name I will lift up my hands.

As with lard and fatness let my soul be filled: and my mouth shall praise with lips of joyfulness.

So have I been mindful of thee upon my bed, in the morning I will meditate on thee: because thou hast been my helper.

And in the cover of thy wings I will rejoice, my soul hath cleaved after thee: thy right hand hath received me.

But they in vain have sought my soul, they shall be delivered into the hands of the sword, they shall be the portions of foxes.

But the King shall rejoice in God, all shall be praised, that swear in him: because the mouth is stopped of them that speak wicked things.

Psalmus 66

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis:
illuminet vultum suum super nos, et
misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in
omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur
tibi populi omnes.

Laetentur et exultent gentes, quoniam iudicas
populos in aequitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur
tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat
nos Deus: et metuant eum omnes fines terrae.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux
perpetua luceat eis.

Ant: Me suscepit dextera tua Domine.

Ant: A porta inferi.

**Canticum Ezechiae
Isaia 38**

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam
ad portas inferi.

Quaesivi residuum annorum meorum : dixi,
non videbo Dominum Deum in terra
viventium.

Non aspiciam hominem ultra: et habitorem
quietis.

Generatio mea ablata est: et convoluta est a
me, quasi tabernaculum pastorum.

Psalm 66

God have mercy upon us, and bless us:
illuminate his countenance upon us, and have
mercy upon us.

That we may know thy way in earth: in all
nations thy salvation.

Let peoples O God confess to thee: let all
peoples confess to thee.

Let nations be glad and rejoice, because thou
judgest peoples in equity: and the nations in
the earth thou dost direct.

Let peoples O God confess to thee, let all
peoples confess to thee: the earth hath yielded
her fruit.

God our God bless us, God bless us: and let
all the ends of the earth fear him.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let
perpetual light shine unto them.

Ant: Thy right hand O Lord hath received me.

Ant: From the gate of hell.

**The Song of Ezechias
Isaiah 38**

I have said in the midst of my days, shall I go
to the gates of hell.

I have sought the residue of my years: I have
said, I shall not see our Lord God in the land
of the living.

I shall behold man no more: and the inhabiter
of rest.

My generation is taken away: and is wrapped
up from me as the tents of shepherds.

Praecisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordier, succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

My life is cut off as by a weaver, while I yet began, he cut me off: from morning unto night thou wilt make an end of me.

Sperabam usque ad mane: quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

I hope even until the morning: as a lion so hath he broken all my bones.

De mane usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba.

From morning, until evening thou wilt make an end of me: as a young swallow, so will I cry, I will meditate as a dove.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.

Mine eyes are weakened: looking up on high.

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim?

Lord I suffer violence, answer for me: what shall I say or what shall he answer me, whereas myself have done it?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animae meae.

I will recount all my years: in the bitterness of my soul.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Lord if man's life be such, and the life of my spirit in such things, thou shalt chasten me, and shalt quicken me: behold in peace is my bitterness most bitter.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

But thou hast delivered my soul that it should not perish: thou hast cast all my sins behind thy back.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Because hell shall not confess to thee, neither shall death praise thee: they that go down into the lake, shall not expect thy truth.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

The living the living he shall confess to thee, as I also this day: the father to the children shall make thy truth known.

Domine salvum me fac: et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae, in domo Domini.

O Lord save me: and we will sing our Psalms all the days of our life, in the house of our Lord.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: A porta inferi erue Domine animam meam.

Ant: Omnis spiritus.

Psalmus 148

Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol et Luna: laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum caeli caelorum: et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: praeceptum posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius.

Montes, et omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiae, et universa pecora: serpentes, et volucres pennatae.

Reges terrae, et omnes populi: principes, et omnes iudices terrae.

Iuvenes, et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super caelum et terram: et

Ant: From the gate of hell deliver my soul O Lord.

Ant: Let every spirit.

Psalm 148

Praise ye our Lord from the heavens: praise ye him in the high places.

Praise ye him all his angels: praise ye him all his powers.

Praise ye him Sun, and Moon: praise ye him all ye stars, and light.

Praise him ye heavens of heavens: and the waters that are above the heavens, let them praise the name of our Lord.

Because he said, and they were made: he commanded and they were created.

He established them for ever, and for ever and ever: he put a precept, and it shall not pass.

Praise our Lord from the earth: ye dragons and all depths.

Fire, hail, snow, ice, spirits of storms: which do his word.

Mountains and all little hills: trees that bear fruit, and all cedars.

Beasts, and all cattle: serpents, and feathered fowls.

Kings of the earth, and all peoples: princes, and all judges of the earth.

Young men, and virgins, old with young let them praise the name of our Lord: because the name of him alone is exalted.

The confession of him above heaven and

exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis eius, filiis Israel:
populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149

Cantate Domino canticum novum: laus eius in
ecclesia Sanctorum.

Laetetur Israel in eo, qui fecit eum: et filiae
Sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, et
psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo:
et exaltavit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria: laetabuntur in
cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: et gladii
ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus:
increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: et
nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria
haec est omnibus Sanctis eius.

Psalmus 150

Laudate Dominum in Sanctis eius: laudate
eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubae: laudate eum in

earth: and he hath exalted the horn of his
people.

An hymn to all his saints, to the sons of
Israel: a people approaching unto him.

Psalm 149

Sing ye to our Lord a new song: his praise in
the church of saints.

Let Israel be joyful in him, that made him:
and let the daughters of Sion rejoice in their
king.

Let them praise his name in dance: on timbrel,
and psaltery let them sing to him.

Because our Lord is well pleased in his
people: and he hath exalted the meek unto
salvation.

The saints shall rejoice in glory: they shall be
joyful in their beds.

The joyfulness of God in their throats and
two-edged swords in their hands.

To do revenge in the nations: chastisements
amongst his peoples.

To bind their kings in fetters: and their nobles
in iron manacles.

That they may do in them the judgment that is
written: this glory is to all his saints.

Psalm 150

Praise ye our Lord in his saints: praise him in
the firmament of his strength.

Praise ye him in his powers: praise ye him
according to the multitude of his greatness.

Praise ye him in the sound of trumpet: praise

psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Omnis spiritus laudet Dominum.

V: Audivi, vocem de caelo dicentem mihi.

R: Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ant: Ego sum.

**Canticum
Zachariae Luc. 1**

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui a saeculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: serviamus illi.

ye him on psaltery and harp.

Praise ye him on timbrel, and dance: praise ye him on strings and organs.

Praise ye him on well sounding cymbals, praise ye him on cymbals of joy: let every spirit praise our Lord.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: Let every spirit praise our Lord.

V: I heard a voice from heaven saying unto me.

R: Blessed are the dead that die in Our Lord.

Ant: I am.

**Song of Zacharia
Luke 1**

Blessed be our Lord God of Israel: because he hath visited and wrought the redemption of his people.

And hath erected the horn of salvation to us: in the house of David his servant.

As he spake by the mouth of his holy Prophets: that are from the beginning.

Salvation from our enemies: and from the hand of all that hate us.

To work mercy with our fathers: and to remember his holy testament.

The oath, which he swore to Abraham our father: that he would give to us.

That without fear being delivered from the hand of our enemies: we may serve him.

In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris et in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Ant: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.

Preces infrascriptae in Ferialibus diebus dicuntur flexis genibus, secreto:

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

V: Et ne nos inducas in tentationem.

R: Sed liber nos a malo.

Psalmus 129

De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

In holiness and justice before him: all our days.

And thou child, shalt be called the prophet of the highest: for thou shalt go before the face of our Lord, to prepare his ways.

To give knowledge of salvation to his people: unto remission of their sins.

Through the bowels of the mercy of our God in which the orient from on high, hath visited us.

To illuminate them that sit in darkness, and in the shadow of death: to direct our feet into the way of peace.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine unto them.

Ant: I am the resurrection and the life: he which believeth in me, although he were dead, yet shall he live: and everyone which liveth, and believeth in me, shall not die forever.

The following prayers are to be said on week days, kneeling, in secret:

Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name. Thy kingdom come, thy will be done, on earth, as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us.

V: And lead us not into temptation.

R: But deliver us from Evil.

Psalm 129

From the depths I have cried to thee O Lord: Lord hear my voice.

Fiant aures tuae intendentes: in vocem deprecationis meae.

Let thine ears be attentive: unto the voice of my petition.

Si iniquitates observaveris Domine: Domine quis sustinebit?

If thou wilt observe iniquities O Lord: Lord who shall endure it?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Domine.

Because with thee there is pitifulness: and for thy law I have expected thee O Lord.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in Domino.

My soul hath stayed in his word: my soul hath hoped in our Lord.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in Domino.

From the morning watch even until night: let Israel hope in our Lord.

Quia apud Dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Because with our Lord there is mercy: and with him plentiful redemption.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

And he shall redeem Israel: from all his iniquities.

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

Eternal rest give unto them, O Lord: and let perpetual light shine unto them.

V: A porta inferi.

V: From the gate of hell.

R: Erue Domine animas eorum.

R: Deliver their souls O Lord.

V: Requiescant in pace.

V: Let them rest in peace.

R: Amen.

R: Amen.

V: Domine exaudi orationem meam.

V: O Lord hear my prayer.

R: Et clamor meus ad te veniat.

R: And let my cry come unto thee.

Oratio:

Prayer:

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

O God, which among the apostolic priests hast made thy servants to have power by pontifical or priestly dignity, Grant, we beseech thee, that they may also be joined unto their perpetual society.

Deus veniae largitor, et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam: ut

O God, the giver of pardon, and the lover of human salvation, we beseech thy clemency,

nostrae congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R: Amen.

V: Requiem aeternam dona eis Domine.

R: Et lux perpetua luceat eis.

V: Requiescant in pace.

R: Amen.

that thou grant the brethren of our congregation, kinsfolk, and benefactors, which are departed out of this world, blessed Mary ever virgin making intercession with all the saints, to come to the fellowship of eternal blessedness.

O God, the creator and redeemer of all the faithful, give unto the souls of thy servants, men and women, remission of all their sins, that through Godly supplications they may obtain the pardon which they have always wished for. Who livest and reignest, world without end.

R: Amen.

V: Eternal rest give unto them, O Lord.

R: And let perpetual light shine unto them.

V: Let them rest in peace.

R: Amen.